

Wc

557^a

W, 44.

1.857.

Contenta

- 1.) Gottlob Lehmanns Gesammelte Werke zu dem
Fünftzuge der Lebensjahre des Johanns August
des jüngeren Herzogs zu Sachsen Weimar.
- 2.) / Eudem / Einzigste Sammlung aller in
dem Jahre 1770 erschienenen Werke des
Jüngeren Herzogs zu Sachsen Weimar. *

* Von diesem Verzeichnisse von mehreren andern das
ganzes Verzeichnisse nur 50. Exemplare vorhanden
sind, kann man nicht zu kaufen
kommen.

Lateinische
Blumenlese,
 als
 ein Anhang
 zum Leben
Johann Ernsts,
 des
Jüngern,
 Herzogs zu Sachsen Weimar,

aus
Wolfgang Heidern
 und
 einigen andern gleichzeitigen Dichtern
 gesammelt.

Weimar, 1786.



Batavische

Handlung

ein

Handlung

Johann Friedrich

1788

Leipzig

Verlag des Verlegers

1788

Verlag des Verlegers

1788

Verlag des Verlegers

1788

1788





Zeugnisse der Dichter sind zwar in historischen Wahrheiten kaum halbe Beweise, doch erläutern sie zuweilen manchen Gegenstand, und man kann aus denen, die ich anführe, wenigstens so viel abnehmen, daß H. Joh. Ernst, als ein löblicher Regent und Musaget, von seinen Unterthanen und Zeitgenossen allgemein geliebt und verehret worden. Man muß also diese Zeugen, das poetische abgerechnet, nicht ganz verwerfen, man darf ihnen nicht allen Nutzen absprechen; ein Satz, den ich aus eigener Erfahrung beweisen kann. Ehe ich noch in irgend einem Schriftsteller unsers Herzogs Spanische Kriegsgefangenschaft gelesen hatte, machte mich eine Stelle aus Suttmann Kotherdt in meiner Nachlese angeführten Leichengedichte aufmerksam, wenn der Verfasser sagt,

„Obgleich sein Feind einsmal ihn unter
sein Joch brachte
„Von Wunden hart verletzt,

Dieses und Heiders Gedichte veranlaßten mich die Hortslederischen Manuscripte aufzusuchen, und so kam ich auf die rechte Spur.

Da H. Johann Ernst vom Jahr 1608 bis 1614 Rector Magnificentissimus der Universität

Jena war, so darf man sich eben nicht wundern, wenn ihm die Dichter häufigen Beybrauch geopfert haben. Doch die Wahrheit leuchtet durch, und der Herzog konnte auf dieß Lob gerechten Anspruch machen. Caspar Sagittarius und Wolfgang Heider zeichnen sich am vortheilhaftesten aus. Der letztere insbesondere, der alles was ihm vorkam, in ein gutes lateinisches Metrum brachte, verfertigte die meisten. Diese Gelegenheitsgedichte sind zum Theil freylich nach dem gemeinen Schnitte und dem Geschmack der damaligen Zeiten, doch ist sein Ausdruck rein, und der Gang seiner Verse leicht und gefällig. Dem Weimarischen Jüngling, der sich mit der vaterländischen Geschichte früh bekannt machen wolte, würde die Lesung eines Lotichius, Etigelius und unsers Heiders immer nutzbarer seyn, als viele unsrer Modeschriften und Almanachs-Blumenlesen. Mir solte es lieb seyn, wenn man wenigstens meine gute Absicht nicht verkennete. Ich habe einige historische Gegenstände ausgesucht, und aus diesen Gedichten nur diejenigen Stellen ausgezogen, die sich auf H. Johann Ernst und seine Lehrer beziehen. Wer Lust hat, kann auf diesem Blumenpfade weiter fortgehen, und nach seinem Geschmacke wählen.

H. Joh. Ernst hatte bey der Krönung Kayfers Matthias zu Frankfurth am Mayn am 17 Junius 1612 bey dem angestellten Ringeltrennen, nach dem Kayser den vornehmsten Preiß davon getragen. Der Kayser so wohl als alle damals anwesende Chur- und

und Reichsfürsten bewunderten die Geschicklichkeit, den Anstand und das sittsame Betragen unsers achtzehnjährigen Jünglings. Der errungene Preis bestand in einem künstlichen, in Gestalt eines Hirsches ausgearbeiteten Pocale, den ihm der Graf Heinrich Neuß zu Gera öffentlich vortrug. Bey dem feyerlichen Tanze erhielt der Herzog von einer jungen Pfalzgräfin am Rhein einen Kranz mit einem kostbaren diamantnen Ringe. Beyde Professores Sagittarius und Heider wetteiferten mit einander in Besingung dieser Feyerlichkeit, ich habe die Arbeit des letzten gewählt, und lasse solche hier ganz abdrucken.

1) EPINICIVM HEIDERI.

Dum Patris in folio, Fratrisque locatus auitam
Intuitur trabeam, sceptri potitus honore,
Germanis, Italisque uiris dare mascula iura
Incipit ad gelidi primum, uada peruia Mœni
Matthias, patrii nouus arbiter orbis, & urbis
Romuleae, ditione tenens fortesque Bohemos,
Pœoniaeque graues populos, ueteresque Li-
burnos:

Tu quoque Saxoniae Princeps, *Erneste Ioannes*
Francopori patulos dextro petis oscine muros,
Spectatum ueniens, ueniens specteris utipse

2 3

Risit

*) Seine sämtliche poetischen Werke sind zu Jena
1632 in 12. ans Licht getreten.

Risit Atlantiades laetissimus hospite tanto,
 Diues Atlantiades, magnae qui praefidet urbi.
 Sed Mars, hic meus est Princeps, ait, aspice,
 ferrum

Ille feret deinceps: quaestus tua cura, tuum cor,
 Penula Zingiberi, piperis toga, uestis oliuae,
 Et si quas alius merces temerare soletis
 Tuque, Tuique fide: sed parcere praestat amico.
 Haec ita Gradius solita jam percitus ira,
 Vera tamen dixisse Deum patet, optime Prin-
 ceptis,

Paucorumque moram constat docuisse dierum,
 Nam cum sufficeres armis, frameaeque gerendae,
 En tibi jus gladii propria septemuir & enses
 Ipse manu defert, Prisco de more parentum
 Ensis imperii, sub quo tutore beatus
 Exigiis innocuae florentia secla iuuentae,
 Inque sui partem quoque te uocat ordinis, in
 quem
 Non nisi quos nebulas supra, nubesque citatis
 Alma uehit pennis uirtus, adsciscere fas est.

Post ubi quinta dies roseo fulgebat olympo,
 Imperii Caesar proceres ad equestria Martis
 Proti-

Protinus inuitans certamina, praemia ponit,
Praemia gemmatis lucentia pocula signis,
Argentique graues loculos, auriq̄ue talenta,
Si qui forte uelint tenues hastilibus orbes,
Et rapido facilique manu destringere ferro,
Perque citis equites circumuolare caballis.

Conueniunt, quos laudis amor, quos gratia
Magni

Caesaris, & uirtus sibi non male conscia blandis
Exciet illecebris, generosaque pectora pulsat,
Summis cum Ducib. Comites, mixtique Barones,
Et quos Nobilitas prisca ab origine longa
Ducit auis, sine labe Viri, sine crimine uitae
Octoni numero decies, septemque fidelis
Quos Dea Mnemosyne, quos publica fama
recenset.

Iam loca fortiti spacium sibi quisque tributum
Occupat, & cupidus interritus arrigit aures.
Mox, ubi commissos ludos tuba nunciat: Ecce
Primus abit uentis, & fulminis ocyor alis
Matthias rerum Dominus: quid quaerimus?

aufert

Orbiculum, plausuque uolat, fremituque se-
cundo

Caesaris Exemplum, monitusque fidemque fe-
cuti

Incurrunt alii laxantque decenter habenas,
Praecipitesque ruunt, metamque feruntur ad
illam,

Pendula quae certis patet ictibus ordine, quem
fors

Cuique dedit, fodiuntque uiri calcaribus armos
Quadrupedantis equi, celeres qui cursibus auras
Prouocat, & summa uestigia ponit arena
Aliger, & calidos spirans e naribus ignes.

Ille scopum medium ferit, hic quem proxi-
mus ambit

Circulus, extremas alius perstringere ferro
Vix potis est oras, effundit in aera uires

Ultimus, & uacuum praeda sine surrigit hastam
Hos inter medius, ceu Phosphorus inter
Olympi

Sidera, conspiceris, princeps *Ernesse Ioannes*,
Vectus equo spumante, Ducum flos inclyte,
nona

Iam uice Salani caput, & decus omne Lycei.

Tu

Tu quoties medio citus aequore curris, amica
 Prosequitur caeuae studiis te concio: Vidit,
 Vidit et obstupuit toties te figere metam,
 Et ualida penetrare manu, captamque referre,
 Magnorum grauis ordo patrum, populique Co-
 rona,

Unus erat numero tibi par Detrichus honore,
 Nobilitate potens Werderius, hic ubi Sala,
 Et uagus Ascanios Albis spatiantur in agros,
 Quem tua, Mauriti Princeps, fouet aula beatos
 Cattorum populos, qui Martis & artis alumnus
 Imperio longa patrio sub pace gubernas.
 Huic quoque jam solus, soli contendere iustus,
 Victor abis, palmamque capis, meliorque tri-
 umphas.

Exoritur clamorque uirum, clamorque tubarum,
 Tympana pulsa fremunt, magnaeque fragore
 tremiscunt

Ardua tectorum, caelum procul omne remugit.
 Ex alta glaucum Moenus caput exerit ulua
 Sed refugit, metuitque nouas sub gurgite turbas.
 Stat sonipes & frena ferox spumantia mandit
 Argutisque caput micat auribus, & tremit
 artus,

X 5

Hinni-



Hinnituque furit superas animosus in auras.
 Nec mora: Iudicium Princeps ad equestre uo-
 caris

Et te uictorem placido pius ore salutat
 Praeful, quem dominum non dedignabere priscis
 Nota per imperium populosa Colonia seclis,
 Fernandus Boiaeque domus, sacrique palatij
 Et Comes & tumidi Princeps ad cornua Rheni,
 Virtutemque tibi partosque lubenter honores
 Gratatur, studiumque noui (quem numina ser-
 uent)

Et patrocinium semper tibi Caesaris offert,
 Utque teras hoc laudis iter, similisque parentum
 Esse uelis deinceps, uerbis hortatur amicis.

Haec ita septemuir: mox inclyta dona . . .
 Induperat oris peragens tibi tradit habendum
 Insignem phaleris ceruum, maculisque decorum,
 Non qui Semanae peragret juga pinea syluae,
 Ard wennamque fuga superet, saltusque peraltos
 Hercyniae captet gelidam sub frondibus um-
 bram,
 Sed nouus argento crater fabricatus, & auro,
 Quem fortasse queas magnum uocitare culullum.
 Hujus tegmen erat Dea nuda, nec omnibus idem
 Est

Est animus, castine Venus sit mater amoris,
 An Dictynna magis: pars inuenit utraque causas.
 A tergo pharetratus amor stridentia torquet
 Spiela: sed illa prior, dextraque manuque
 sinistra

Ichnobatenque trahit loco; fortemque Molossium,
 Venatum, dubiae per tesqua uirentia syluae.

Hic lepores latitare uides, pictosque lacertos,

Et scarabaeorum crustas, gracilesque cicadas,

Nec tacitas alibi ranas, nisi parua Seryphus,

Qua jacet, & medio depressior aequore fumar.

Pes cyathi rotulis, si tendere cœperis, actus

sponte sua facit ire feram, certatque columbae,

Quam maris et terrae, numerosque carentis

arenae

Nubiferas mensor docuit uolitare per auras.

Caesaris hoc uirtus te munere donat, & ipse

Laetus adest, coramque tuos uidet auctor ho-

nores,

Terga premens sudantis equi, cui patria tellus,

Quae currus fluuio lauat ultima Solis Ibero

Quid tibi tunc animi Princeps? calor igne-

us omnem

Urebat faciem, pulcros diffusus in artus.

Mens

Mens tamen una manet, tandemque silentia
rumpens,

Non equidem tantis me dignor honoribus, inquis:
Si tamen hanc palmam nemo mouet ordine:
summi

Caesaris egregium munus, uestrique fauoris
Esse scio, fateorque lubens, semperque fatebor,
Et grates reuerenter ago, memorisque uicissim
Pectoris obsequium uoueo, dum uita manebit.

Ensiser haec laeto Princeps obit omnia uisu,
Inque sinu gaudens decus hoc commune, sibi que
Esse putat, domuique suae, quae plurima Rutae
Germina puluillis rigui bene nutrit in horti.
Tum uero capiens tibi tradita munera, Princeps,
Accola magnanimus uitri Ruthenus Eliftri,
Garrula qui sacris Gerac facit ocia Musis,
Os humerosque Deo similis, gressusque uiriles,
Te praeit, & media desert sublimis arena.

Interea lituique sonant, & cornua: festo,
Quid uerbis opus est, omnis strepit aula tumultu.

Et jam finis erat, fessoque ruebat olympto
Vespera: tum choreas plaudunt, pedibusque
tremementem

Alternis quatiunt terram iuuenesque, uirique,
Hic

Et faciles doctae giros agitare puellae.
 Hic alius tibi surgit honos, mitissime Princeps,
 Nam tibi fert primas uirguncula bellula grates,
 Illa Palatino fata sanguine, datque corollam
 Cui puri rutilans erat additus annulus auri.
 Hoc tua certa manus peperit tibi munus, & hasta,
 Odryfio sacrandæ Deo, memorabilis hasta,
 Transadigens toties dubium sine fraudibus
 In orbem.

Hos igitur ludos. Princeps Erneste Iohannes.
 Quae censes, precor, esse tuæ praeludia uitæ?
 Dicam: Quae melior tibi fors dedit, illa profectus
 Wimaria uix dum poteras sperare: sed omnem
 Spem superasse uides aequi pia numina cæli.
 Haec eadem fortuna uirum comitabitur, & te
 Prouehet ad summos, et eris quoque dignus
 honores.

Acrishyemsmiseram plus quam duoseculapressit
 Oenagoram, Caurique graues, Boreaeque fu-
 rentes

Euomuere niues gemina, quis nescit, ab urſa.
 At deinceps ibunt tepidi genialia ueris
 Tempora, tum culmis, agros Cerealibus æstas
 Vestiet, autumnus fruges effundet, & omnes
 Amic-

Amiffas reparabit opes concordia, fufci
 Scindere quam quondam potuit dolus unus Iberi.
 O utinam lic eat mihi tum quoque ducere uitam,
 Cum patrias olim Princeps moderabere terras.
 Non me carminibus uincet Rhodopeius Orpheus,
 Nec Linus, aut ueterum quicquid fuit undi-
 que uatum
 Conaborque lubens totom uulgare per orbem
 Saxonicae laudesque domus, & nomina Gentis.
 Claudite jam riuos pueri, fat prata biberunt.

Das hier von Heibern beschriebene *) Kleinod wird von Casp. Sagittarius in seinem zu Jena 1614 besonders gedruckten Gedicht folgendermaassen geschildert.

Haec inter mira radiabant pocula luce,
 Pocula bina, uafra quae dudum prouidus arte
 Fuerat Alcimedon, jurasses pocula caelo
 Altitonans pulcris quibus olim Iuppiter ufus,
 Si quando superos uocat ad conuiuia luxu,
 Magnifico, miscetque iocos, pugnamque gi-
 gantum,

De-

*) Beyde Kleinodien, der Pocal und Ring, sind wahr-
 scheinlicher Weise im Weimarischen Schloßbrande 1618
 mit des Herzogs übrigen Kostbarkeiten verlohren
 gegangen.

Decantare iubet, crinitum laetus Iopam,
 Ad terras delata diu Ganymede ministro.
 E primis poculum stat multa luce decorum,
 Quod fecit *Cervum*, & rutilo circumdedit auro,
 Intexens uarios, phalerisque, uirisque, colores,
 In tergo Venerem posuit, gnatumque pharetra
 Qui tela ostendit dubia, & succendit amores.
 Illa canes dextra uenatum ducit, & inter
 Valles & uirgulta simul clamore fatigat.
 Currentes campis lepores, dubiisque rosetis
 Exturbat ranas, & ducit ad arua locustas
 Innumeras, uarium genus & saltare paratum,
 Et timidos gelidis scarabaeos euocat umbris.
 Subpedibus fulcimen erat, mirabile uisu,
 Quod uariis rotulis, & certo pondere quondam
 Architae ueluti non uiua columba uolabat,
 Libratum uita non uita donat, et intus
 Totam molem agit. *Cervus* uiuentis ad instar
 Incessu graditur per iter decliue superbo
 Sed ui non propria, mensasque perambulat
 amens.

2) Hei-

2) Heiders Glückwünschungs-Gebicht auf H. Jch. Ensts Zurückkunft von seiner nach Frankreich, England und den Niederlanden gethanen Reise ist wohl ausgearbeitet, und hat viel artige Stellen, die einem Liebhaber von dergleichen Dingen eben keine lange Weile machen werden, im 3ten B. S. 41.

| | |
|----------------------------|---------------------------|
| Dum patrias, Iohannes | Et montis Eiteronis |
| Erneste, saluus oras | Frontem suam coronet |
| Reuisis, atque torui | Blandoque flosculorum |
| Linquens fluenta Rheni | Superbiat decore, |
| Cattosque per niuosos, | Et graminum renata |
| Et*) Isidis per urbem, | Se uestiat lacerna, |
| Gothaeque ***) per ruinas, | |
| Erphordiaeque campos, | Vides ut intumescant |
| Vinariae propinquas: | Et limpidis ferantur |
| Vides ut ipse Phœbus | Undis Hiera, Sala, |
| Laetum jubar sereno | Onester, & Vierra, |
| Diffundat ore, uenti | Solus pauescit ***) Ilmus |
| Ut molliter susurrent, | Sibi conscius suorum |
| Ut leniter tepescat | Miser piaculorum, |
| Aer, ut alma tellus | Caputque triste canis |
| Stomachetur, hoc inertis | Sub occultis salictis, |
| Gelu quod impedita | |
| Cessae, nec id quod ante, | Vides amica Mater |
| Hoc mense factitauit, | Prae gaudio nitentes |
| Syluae comis Semanae, | Ut lachrymis ocellos |

*) Die Stadt Eisenach, nach der fabelhaften Namensherleitung von der Egyptischen Göttin Isis.

***) Vermuthlich wegen der Pest, die damals zu Gotha viel Menschen weggerafft hatte.

****) Ein artiges Bild auf die außerordentliche Ergießung der Ilm in der großen Thüringischen Wasserflut.

Suffusa cum tuorum
 Fratrum pia phalange,
 Doctisque cum Magistris,
 Fidisque cum Ministris
 Te jam diu cupitum,
 Totiesque seuocatum,
 Accepit, & paternae
 Beata reddas aulae.

Vides ut oppidani
 Cives, & arua duri
 Qui tertiant Coloui,
 Ut urbanae puellae,
 Ut rusticae puellae

Te gratiose Princeps
 Matrique restitutum,
 Et Fratribus reductum,
 Et Patriae relatum
 Decenter auspicias
 Clamoribus salutent,
 Simulque tot bonorum
 Glomos tibi precentur,
 Quot uellerum quotannis
 E flocculis suorum
 Sub solis axe fufci
 Seres trahunt, & Indi,

Salana nostra quamuis
 Iam non adesse detur,
 Io tamen triumpho
 Canit, cietque festos
 Lingua manuque, summa
 Cum gratulatione
 Iteratque laeta plausus.

Valles cauae uolunt
 Voces, & altiorum
 Iuga montium resulant,
 Quin nostra litteratis
 Pubes sacrata Musis,
 Nos inter haec uolucris
 Dum fama dissipatur,
 Vinariam citato
 Petit gradu, tuique
 Vultus benignitate,
 Redux lane Princeps,
 Animos tibi fidelis
 Oculosque turba pascit.

Quid ergo, quaeso nobis
 (Fas sit mihi rogare)
 Quid patriae reportas?
 Quid tot, precor, reperitum
 Erroribus uiarum,
 Injuriisque caeli,
 Periculisque terrae,
 Et Nerei procellis,
 Quo nos beare possis?

Quam turpe, quam pu-
 dendum,

A patriis abesse
 Aliquot foci per annos,
 Omnesque circulari
 Terras, & aequor omne,
 Et nil domum referre,
 Quam barbularum nouellas,
 Et horridas capronas,
 Braccasque Gallicanas,
 Iberi-

¶

Ibericos cucullos,
 Et Anglicos galeros,
 Et bastiationes
 Hujus manus, & hujus
 Genuumque flexiones,
 Exoticosque mores,
 Et pauca non Paternae
 Male nota Verba linguae
 Tum marcidam crumenam,
 Corpusque parulentis
 Fluens ubique morbis
 Animumque plurimarum
 Reum proteruiarum
 Tum si rogentur inter
 Amiculos amici
 Narrare quae relatu
 Videre digna coram,
 Et audiere: tandem
 In ore nil habere,
 Nil praedicare posse
 Haec quam minuta (risum
 Quis hic queat, tenere,
 Aut non dolere?) primum
 Antenor's tenellos
 Panes in orbe coctos,
 Vicentiaeque Vina,
 Venetasque Dammafellas.
 Illudque Mantuanae
 Rei, quod o, quod ipsum
 Vix osca verba dicent.
 Hos ergo nil uidemus
 Mutasse, praeter unum

Coelum, simulque tempus,
 Sumtusque perdidisse.

Ac tu benigne Princeps,
 Princeps Ulyssis instar
 Germaniae per oram,
 Quae frigidi ludosis
 Rheni madescit undis,
 Et Celticas per urbes,
 Magnique Regis aulam,
 Cui tu uenuste Princeps
 Miraculo fuisti,
 Et candidos recentum
 Colles per Angilorum;
 Et Belgii per altas
 Iam liberi paludes
 Majora quaesisti,
 Potiora repperisti,
 Meliora rettulisti.

Tibi datum tueri
 Pulcherrimosque reges,
 Pulcherrimasque leges,
 Pulcherrimasque gentes,
 Tibi contigit peregre
 Homines uidere ciues,
 Asinos uidere ciues,
 Zabolos uidere ciues,
 Reges uidere ciues.

Mores & apparatus
 Alemanniae notasti,
 Parisiaeque turbae,
 Britannicique regni,

Sicam-

Sicambriaeque terrae,
Mentisque disparasti
Sagacis arbitratu,
Probanda quae putasti,
Et quae cauenda multo
Labore censuisti.

Fors si quid in honorum
Sacrae Deorum,
Rerumque publicarum
In abditis senaculis,
Aut garrulis scholarum
In pulpitis placeret,
In cereas tabellas,
Aut paginas Melonis
Id omne contulisti.
Quin si domesticarum
Se forsan obtulissent
Exempla scita rerum,
Tibi non erat pudori,
In ultima cerebri
Ea condidisse cella.

Sic erga grana puri
E glarea legebas
Auri, nihilque paruum,
Nihilque negligendum
Prudenter aestimabas.

Quas ergo, Iane Princeps,
Quas sarcinas bonorum
Ego te referre dicam?

Tibi numinis timorem
Auxere maximarum,

Spectacula tanta rerum
Terra marique: totam
Hanc uniuersitatem
Libri patenti instar
Habere scimus: illa
Dei diserta summam
Sapientiam recenser,
Potentiam celebrat,
Laudat benignitatem.

Auxere uisa coram
Diuerfa sacra, seu sint
Waldensium uetusta,
Seu Praesulis Latini
Responfa: Lutheranam
Fidem tuis in aulis
Vel parietes loquuntur.
Haec ergo comparasti,
Et lance ueritatis
Utrinque ponderasti.
Si purpurae Laconum
Sarrana conferatur,
Quis non uidet, quod ostrum
Ardentius rubescat?

Auxere tot uiarum
Pericla, tolliones,
Latrunculi, calores
Et Galliae pruinae,
Imbres, & incitarum
Voragine aquarum,
Praerupta saxa, ualles,
Syluaeque saeuientum

Spelaea bestiarum,
 Reciproci furentis
 Aestus maris, tonantis
 Cœli graues ruinae,
 Morbi, maligna pestis,
 Febres, anhela tussis.
 Sic ergo tot malorum
 Timore uota cœcis
 E pectorum larebris
 In lucis eruuntur
 Oras, Deique lapsum
 Redintegrant amorem.

Quin plurima refertos
 Prudentia quasillos
 Refers lane Princeps:
 Seu forte sit necessum
 Ecclesias sacratos
 Fundare per ministros,
 Et legibus caducas
 Firmare ciuitates,
 Lapsasque fuscitare:
 Seu forte prouidenti
 Deliberatione
 Futura quaeritemus,
 Facienda deligamus,
 Fugienda separemus,
 Et consili reperta
 Securitate uires,
 Animosque fulciamus,
 Seu forte iudicatum
 Ad Martium uocentur
 Vicum patres uerendi,

Dum nox inumbrat orbem,
 Sententiasque dicant,
 Sed absque Tullianae
 Fuliginis periclo,
 Et impetu uagarum
 Cœco cupiditatum.
 Seu forte grata doctis
 Struenda sint Camœnis
 Lycea, delicatum
 Quae literis iuuentam
 Et moribus figurent,
 Docentibusque iustae
 Discuntibusque leges
 Ciuilitate ferendae,
 Viçtusque liberalis
 Praebendus his & illis,
 Et plurimum suppelleç
 Sed eruditiorum
 Vel regiis librorum
 Impendiis paranda.
 Seu forte cura rerum
 Grauis domesticarum
 Molestiam faceçlat:
 Si turbidos Maritos,
 Et improbos Parentes,
 Heroçque duriores
 Opus monere, castis
 Quid debeant honoris
 Uxoribus, pusillis
 Quid educationis,
 Alimoniaeque natis,
 Quid seruulis ad omnem

Solitis

| | |
|--------------------------|-------------------------|
| Solitū pauere furcam | Et expedita linguae. |
| Moderationis. Haec sunt | Has ergo Iane dotes |
| Propagines Iobannes | Et mentis, & capacis |
| Erneste, ramulique | Tibi pectoris dedere |
| Ejus sagacitatis, | Unus fator bonorum |
| Quam ceu procul petitos | Et seminator unus |
| Ex India lapillos, | Deus, precesque Matris, |
| Conchasque, purpuramque | Et uota subditorum, |
| Et Persicos odores | Obcedentiaeque |
| Lucratus es secunda | Vis magna, certa merces |
| Negociatione. | Et impigri labores, |
| Quin diues uniuersae | Et hoc iter peractum, |
| Vircutis & decori | Teutlebiique multos |
| Magnenta certa tecum | Spectata jam per annos |
| Feliciter tulisti. | Fatoque laetiori, |
| Patientiam laboris, | Et forte tristiori |
| Tolerantiam doloris, | Intaminata uirtus, |
| Mellitulamque morum | Euandriaeque purus |
| Sine bile comitatem, | Integritatis ardor, |
| Nec asperi rigorem | Fidesque cana canis |
| Iuris, sed aequiorem | Increta jam capillis, |
| Interpretationem. | Drachnifellisque solers |
| Tibi frons aperta blandi | Vis ingeni, uigorque |
| Oris, benigna uerba. | Instar uidens acutum |
| Byssoque molliora, | Epidaurii Draconis, |
| Porrique uix ligata | Aquilaeque circinantis, |
| Folio grauis cremena. | Neomariaeque ductus |
| Te Gallus, & Britannus, | Peritiae per omnes |
| Et Italus loquentem | Vigilantiaeque terras. |
| Mirantur, & paternae | Salue rot inclytorum |
| Noscunt amica uerba | Propago certa regum, |
| | Septemque germen ortum |

E furculis uirorum,
Ter ampliusque salue.

Dii te piamque seruent
Matrem, tuosque Fratres,
Et sospitent auitas
Ter multa secla terras,

Tuis patientiorem
Ut aream quadrigis
Deinceps teras, oportet,
Ctumpique latioris
Curru sacrae Themistos
Per orbitas ueharis.

Breui, quod auguramur,
Rempublicam capeßes,
Et patrio uolentes
Duces amore ciues,
Quae lapsa, si qua, tolles,
Quae sparsa congregabis,
Et uincies soluta,
Amissa jura reddes,
Nouasque seruitutes,
Si quae tamen subortae,
Mandabis ad profundum
Fœdae Stygis Magistrum,
A quo tyrannis, a quo
Tyrannidis ministrae,
Sophisticæ uenenum,
Virus calumniarum,
Tandemque uis apertum
Cruore sparsa rictum.
Tibi lex erat suprema

Non quaestus, aut uoluptas
Non auctior potestas,
(Vitae quid haec beandae)
Sed prima sempiterni
Honor Dei, secunda,
Grati salus popelli,
Pietas, & alma uirtus,
Securitasque uitae,
Famaeque nec peculi
Augmen laboriosum,
Nec, parta quae fuere,
Themistoclis malignas
Contra Deas tueri
Non posse, non locare
Laudabiles ad usus.

Sic es futurus olim
Opulentiorque Princeps,
Potentiorque Princeps,
Dilectiorque caelo,
Amiciorque terris,
Quam si regas Iberos,
Populosque Mexicanos,
Et ostiis ab Istri
Rerum tenens habenas
Fontes ad usque Nili,
Fulgentis inuidendos
Auri fruas aceruos.
Certo Dei fauore
Fidoque subditorum,
Amore, quem paramus,
Et quem tuemur una
Pietate, non pudendo

Lu-

| | |
|--------------------------|-------------------------|
| Luero, licentiaue | Hoc Francus expetiscit, |
| Quicquid libet patrandi, | Desideratque simplex |
| Sincera metienda | Thuringus in columbae, |
| Beatitudo regum, | Morem, piae columbae, |
| Et Principum potestas | Sed interim sagaci |
| | Prudentia retorti |
| Hoc Mater, hoc precantur | Serpentis aemulator. |
| Fratres, idemque magni | |
| Gens tota Wittckindi. | Dii uota nostra firmant |
| Hoc Saxo multus oprat | Et quae rogata multis |
| Cautusque Mysus orat, | Adaugeant bonorum, |
| Vouet hoc Nariscus, acer | Et Prosperent aceruis. |

Ausser diesen merkwürdigen Gegenständen schrieb Heider bey jeder neuen Rectoratswahl Glückwünschungsgedichte, auch das examen rigorosum, in welchem H. Joh. Ernst und Friedrich der ältere, zween Tage nach einander im Jahr 1608 so rühmlich bestanden, beschreibet er Prolegomänis. Man findet in demselbigen des Herzogs sämtliche Lehrer und den Weimarischen Cansler D. Spelt angeführt.

Patris imago tui Princeps Erneste Ioannis,
 Et Friderice tuae matris imago, Duces:
 Quos circum niueis uolat inclyta Gratia pennis,
 Ambrosiusque decor, purpureusque pudor.
 Aureoli fratres: quis enim, nisi rusticus amens
 Non amet haec patrii lumina bina soli?

Bruma dies gelidi contraxerat orbis: agebat
 Sol per terga uagos aegrocerotis equos:
 Legati patria terni mittuntur ab aula,
 Insignes meritis & grauitate uiri:
 Ille libellorum mitisque piusque magister
Spelthius aeterno dignus honore senex.
 Et resonans blando sacra *Langius* ore sacerdos.
 Qui docet, & primus quod docet, ipse facit,
 Et *Winthere* fides tua, qua formare tenellos
 Oenagorae pergis *Bartholomaeae* Duces.
 His se *Teutlebius* uir maximus addit, & illi
 Quadrifidus nostrae quos dedit ordo scho-
 lae. &c.

III. In einem andern Rectoratsgedichte weis-
 get Heider gar einmal aus einem Prophetischen Geiste.
 Th. III. S. 17.

Non tibi sit nostri graue scepra tenere Lycei,
 Iam dignare tuo, nos, precor, imperio
 Fata tibi maiora parant, tibi stamina Princeps
 Sollicita ducunt candidiora manu.
 Non te nostra uirum capiet Thuringia, non te
 Occulet angustis patria terra focis.

E Curibus magnas olim mitteris in oras,

Arguit hoc animi uis operosa tui.

Als sich H. Joh. Ernst im Jahr 1612 wegen der Pest auf einem Jagdhaufe, wo ich nicht irre, zu Marksul oder Maßfeld einige Zeit aufhielt, legt Heider der Stadt Jena diese Klagen im Mund.

Quo tibi cura mei, quo sollicitudo recessit

Priftina? quo nostrae uallis & urbis amor?

Antibi sordemus Princeps, ait, optime? quas te

Sylvarum latebras detinuisse putem?

Quas gemini mandras claustri, ueteresque ruinas,

Multus ubi uacuis anguis oberrat agris?

Non ibi Musarum uoces, quibus astra lacessunt:

Non tua laurigerae gaudia litterulae.

Sed uagus upilio, durasque colonus & ornos

Qui uehit ex siluis axe gemente domum,

Esto tamen, pestis rabies nos dispulit, esto:

Sic solet attonitas pellere fumus apes.

At uero Stygias dudum reuolauit ad umbras

Et patrio merfit gurgite triste caput.

Omnia tuta Dei sunt munere: iam noua pangunt

Fœdera conjugii femina, uirque, redi.

IV. Die Erledigung H. Joh. Ernsts aus der
Spanischen Kriegsgefangenschaft besingt Heider
bey seiner Zurückkunft nach Weimar im Jahr 1623.
den 11 Januar.

Fortuna nouerca sedentem
Graecia quam pinxit, quia Diua uolubilis uno
Nescit stare loco, cupidis inimica lacertis
Te patriae nuper rapuit, (licet arma quiete
Unica libertas, & relligionis auitae
Indueret sincerus amor) longamque malorum
Texere sperabat telam; sed fata furentem
Imperiis pressere suis meliora, nec ullos
Necteret, ut nodos, indignaque uincla tulerunt.
Ergo tuos miratus auos, miratur honores
Augusti dudum generis, patriosque triumphos
Magnanimosque duces, aquilasque ferosque
leones
Ingeniique tui uires, animique uigorem,
Et multae uirtutis opes, placidumque disertae
Eloquium linguae, notasque fideliter artes,
Impavidumque malis pectus non barbarus ho-
stis
Te mutatus amat, ueneratur, honorat, &
omni
Obse-

Obsequio sine fraude colit, nullosque suorum
 Custodes ponit: procul o procul esto fatelles,
 Vincla procul, nexusque procul, tristesque
 catastaë;

Hic mihi liber erit Princeps, hunc semper
 amicam,

Semper honoratum, dum uita manebit, habebō.

Sic ait, & comites addens, fidosque ministros

Ire lubet, quoscunque placet, quocunque lu-
 bescit. &c.

Quicquid fata pi*) fratris rapuere, madentes

Patria cui lacrimas libauit, id omne rependes

Aduentuque tuo referes mitissime Princeps.

Fac modo, fac patriae reddas optata quietis

Tempora, fac nostris procul aeruscator ab oris

Exfulet, esuries alium mittatur in orbem,

Sit procul haud unquam manibus nisi miles

aduncis

Ingluuiæque sua, foedaque libidine notus.

*) des bey Fleury gebliebenen Prinz Friedrichs des ältern.

V. Man darf es dem guten Heiber nicht verargen,
wenn er über die Ripper und Wipper, die er nicht
übel argyrocoptas nennt, häufige Klagen führet.
Männer, wie er, die von Besoldungen lebten, und
kein Gewerbe trieben, waren am übelsten dran.

In monetam cupream a. o. 1622.

Quid lucri cuprea Proceres retulere moneta?
Contemtum peperere sibi, miserique popelli
O nimis infelix odium, ciuesque rebelles —
Sed quid ago, summas putei circumfilit oras,
Scribere qui gaudet magnos & condere uersus
In dominos, quibus est proscribere certa po-
testas.

Si qua ferenda feras, & si qua silenda, filescas,
Et male pro meritis grates age: Numinis ira
Lentis incedit pedibus, tardoque paratu
Sed pœnae grauitate moram iustissima pensat.

Quas meruit pœnas argyrocopta luat!

VI. Um eine Probe von Heiders komischen Muse zu geben, will ich nur eine Stelle aus seinem Scherzgedichte auf die Hochzeit des Altenburgischen Canzlers Gerstenbergs, welche im Jahr 1606 zu Drackendorf bey Jena begangen wurde, aus dem II. Th. S. 348 anföhren, worinne er den Violinisten von Zweyen mahlerisch folgendergestalt beschreibet.

Haec inter fidibus Iudit Zuecicinus *) Iopas
 Increpitans socios, neruosque peritus equinis
 Sollicitat fetis, quas mobilis alligat arcus,
 Discordesque fides sursum trahit atque deorsum,
 Verticulos aptatque sonis, uocesque sinistris
 Deprimit & tollit digitis, totumque pererrat
 Arte jugum, celerique ciet **)teretissima tractu.

VII. Bey

*) Iopas, ein berühmter Musicus am Hofe der Dido zu Carthago.

**) Teretisma, ein griechisches Wort, die Laute oder Tabla eines Sayrenspieles.

VII. Bey einer andern Gelegenheit drückt sich
Heider gegen den H. Joh. Ernst scherzend also aus.

Tum plurimi Poetae,
Audaculi Poetae,
Dicaculi Poetae,
Bibaculi Poetae
Iungent equos uehicularis,
Et multa plaustra mittent,
Cadmi*) quibus nigellae,
Vinctis tamen ligatae
Et metricis cathenis
Gnatae, nec inuenustae
Ad **) cornei quietam
Saxi uehentur aulam.

Lib. 3. pag. 31.

VIII. Auf

*) Wem Cadmi nigellae filiae unbekannt sind, diesem
wird Ausonius Epist. 4. v. 74. das Rägel auflösen.

**) Corneum saxum, der Hornstein, das Weimarische
Schloß, welches aber, wie Abr. Beyer wahrscheinlich
erwiesen hat, in ältern Zeiten, am rechten Ufer der
Ilm, an dem Berge, der Horn, ihund die Altens-
burg genannt, mag gestanden seyn.

VIII. Auf den verdienstvollen Caspar von Teutleben verfertigte Heider zwei Gedichte; das erstere ist ein Glückwunsch auf die Geburth seines ersten Sohnes im Jahr 1611. in welchem der Dichter die Wiegenlieder der Wärterin also beschreibt.

Iam tua Pythagorae quondam domus aemula
uoces

Reddit, & arguto laeta canore fremit.

Iosephum nudis pedibus sarmenta legentem

Et miseri nutrix faucia crura canit,

Et patrem, qui pascit oves, pressatque recentes

Caseolos: felis, dum modulatur iter,

Qui pictis ocreis, juga per montana cucurrit

Ducturus lepidos tecta per alta choros.

Et puer o gratam cape quaeso tenelle quietem

Quid cessas? oculos pupule claude tuos.

Ipsae parens, custosque tibi dum uita manebit,

Semper erit, semper quod solet esse Deus.

Parue quiesce puer, tibi mitia poma dabuntur

Tum pyra, tum quicquid fertilis hortus habet,

Haec *) Cunina canit, respondet amica Leuana,

Et

*) Cunina, Leuana, Potina waren die Gottheiten der Alten bey jungen Kindern. S. Pomey Pantheum Mythicum.

Et Potina suum dum facit officium.
 Nec tibi jam grauis est pueri uagitus: amore
 Omnia dulcescunt, omnia uincit amor.

IX. Das zweene Gedicht verfertigte Heider, als Caspar von Teutleben die Würde eines Weimarschen Hofmarschalls vom H. Joh. Ernst im Jahr 1616 erhalten hatte.

Hoc dudum meruere tui Caspare labores,
 Et tot Principibus nostris spectata per annos
 Intemerata fides, testis Vinaria, testis
 Iena, Ducum mores qua sollicitudine, quauis
 Arte figuraris. Quin te Germania Rhenus
 Quae tumidis exundat aquis, quin Gallia Nereus
 Quam pulsât geminus, niueos quin condida
 montes
 Anglia, quin Bataui regio caua Principis esse
 Viderunt comitem nostri per faxa, per ignes,
 Per mare, per terras, per iniqua, per aequa:
 beatus
 Qui saluum duxti luuenem, saluumque reducti.

X. Auch

X. Auch Hortleders Andenken verdient hier einen kleinen Platz. Er verehligte sich im Jahr 1607 den 17. Nov. mit einer Tochter des Neumärkischen Canzlers Carl Barthß, zu welcher Verbindung ihm Heider Glück wünschte. B. II. S. 351.

Dum Katharina tibi barbatula ducitur upor,

Et petit amplexus o Friderice tuos:

Blanda Venus risit, Charites rifere, suamque
Concutiens pharetram risit amicus amor.

Et jam nunc aliquis Tritonidos, inquit alumnos
Iactitet, imperii temnere iura mei. &c.

Plena laboratis euoluere scrinia libris

Ante tibi semper maxima cura fuit,

Carpere delicias ueterum, floresque Sophorum

Hic labor unus erat, nec minus unus amor.

Soluere clamosi laqueos, erat una uoluptas

Iuris, & incertâ iurgia longa fori;

Et tamen hamata te pulcher arundine nostris,

Quem perhibent studiis parcere, fixit amor.

Cede Deo, uictasque manus age porrige: frustra

Nititur inuito qui mouet arma Deo. &c.

¶ XI.

XI, Auszug aus Hortleders Denk- und Ehrenmale *) welches er dem Herzoge, seinem geliebten Zöglinge, stiftete.

Haecine longarum iam tandem meta uiarum?

Hic clarae uirtutis honos? haec praemia belli?

Haec pax, haec requies tot iam sperata per
annos?

Pax pia, Pax domino sine qua reparatur, honesta?

Pax, qua praesentes rursum cognoscere diuos?

Qua licet, hic inter fontes ac flumina nota

Cernere, ut ante, boues pascentes? cernere
bigis

Secure ueteres, uertentes arua, colonos?

Hoc, *Moldam, Istrum, Oppam*, fluuios tentasse minaces?

Hoc

*) Das Dafeyn des Kupferstiches von H. Joh. Ernsts des jüngern Leichenbegängnisse ist nicht dem geringsten Zweifel mehr unterworfen. Dieser Kupferstich war nicht nur, nach Abt. Beyers Zeichnisse, im Archit. Ienensi pag. 639. auf dem Zimmer des Consistoriums zu Jena aufgestellt, sondern auch in der Herzogl. Cammerstube zu Weimar zu sehen, wo derselbe, bey dem unglücklichen Schloßbrande im Jahr 1774. mit andern Alterthümern mehr, verlohren gegangen ist. Sollte jemand diesen Kupferstich besitzen, und geneigt seyn, mir solchen käuflich zu überlassen, so kann man, wie billig, auch zugleich den Werth der Seltenheit in Anschlag bringen.

Hoc *) Morinos hominum extremos, Rhenum-
que bicornem?

Hoc, penitus toto diuisos orbe Britannos?

Hoc, & Hyberboreum septem pctiisse trio-
nem?

Indomitosque Dacas, iuuat? Hoc, Rheseque
nepotes?

Sane, haec non dederas de te promissa parenti,
Cum discedentem lacrimans complexa, pre-
carer:

Ah te, ne glacies! Ah te, ne frigora Rheni!

Ah te, ne Boiae penetrabile frigora adurat!

Ah ne te, semper spirantes frigora Cauri!

Non dederas: Tibi cum metuens, prudensque,
monerem,

Rem fore cum forti, dura cum praelia gente.

Heu fragiles hominum spes! heu labor irritus!

Ecce,

Quo labor ille domus, & lamentabile regnum?

Quo calor, infelix nimium quo cultus amicus?

Quo commune bonum? & libertas, splendor
inanis?

Deiphobus quo bellipotens? Quo proximus ille

C 2

Aca-

*) Morini, Moriner, ein altes Volk im jetzigen
Flandern.

Vcalegon, toto qui iam iam uertice nutat?
 Quo tua te uirtus animi & constantia uexit? &c.

XII. Auszug aus dem Leichengedichte eines Un-
 genannten.

Mens memor haec quoties uoluit (sed saepe re-
 uoluit)
 Praesentis statuit sibi fictio dulce theatrum;
 Conspicuum nullis hic delassabile corpus
 Motibus, atque hiemis patiens glacialis & aestus,
 Infomnes oculi, durataque membra labore,
 Viribus & uegetis non uni nata palaestrae.
 Hic sancti priscis mores Heroibus aequi,
 Hic pudor, & grauitas & castae forma loquelae,
 Flexanima & multum penetrantis copia fandi,
 Sobria temperies, humilis clementia, fastus
 Nescio magnanimae uis indolis, intemerati
 Iuris amans probitas, & uindex fraudis auarae,
 Non depressa malis, & non elata secundis,
 Nullius inuidia marcens moderatio mentis
 Aequalisque in utroque tenor, nec peruia secli
 Effraeni uitiiis purae custodia uitae,
 Quid memorem crudi discrimina lubrica Martis,
 Et qui loricae sub pondere ferbuit ardor?

Quid

Quid memorem curas animi, toties uigilatas
 Et loue sub gelido duratas sidere noctes
 Hiberno, atque equitata cacumina nimbis
 Celsa procellosis, & caetera munia belli,
 Quois rigidum indutus magnis thoraca lacertis
 Cum turmas ageret, compleuit militis ingens
 Officium atque Duces magni? o seges alta la-
 borum,

Quam breuis ingenti tua robore messuit aetas!
Hunniaci montes, uitreosque infecte liquores
Waga fluens rapidis *Istri* moriture sub undis
 Vos estis testes, sed & *Albis* & *Odera*, *Rhene*,
 Et *Mosa*, sanguineis & riuis tincte *Visurgis*
 Haec suauis superest, cum mens mea ludit,
 imago,
 At tu Magne iaces heros, & flebile funus
 Duceris. — — &c.

XIII. Nur zur Ausfüllung des Places rücke ich
 Heiders Leoninische Verse auf H. Friedrichs Hel-
 den = Tod hier ganz ein.

Te quoque Fridricum Patriae uirtutis amicum
 Abstulit atra dies, & premit alta quies:
 Dum geris arma feros contra metuendus Iberos,
 Et Martem Iuuenis sollicitare uenis.

Belga tuam fortem plorat, Thuringia mortem,
 Hac sine fine gemit, nec minus ille fremit,
 Atque coquit diras sub pectore feruidus iras,
 Et Nemesin quaerit, nec leuis ultor erit.
 Felix ergo pater, felix cellissima Mater,
 Morte quibus Natum praeteriisse datum.
 Haud mala te tangunt tamen ulla, nec ampli-
 us angunt:

Te cito terra rapit, protinus aethra capit.
 Non magis in castris aeuum, sed ducis in astris,
 Quam Deus ad lucem te iubet ire Ducem.
 At nos exercent potius, grauiterque cohercent
 Quae mala nota solo, quae mala missa polo:
 Bella, fames, morum confusio, Lerna malorum,
 Contemptusque Dei, curaque sola rei.
 Nemo tuo gaudet fato Friderice, nec audet
 Contemerare pias, si bonus exequias.
 Te Studiosus amat cœtus, tua nomina clamat,
 Sic tibi terra leuis, nec tua fama breuis,
 Dii Patrii tutae crescant date germina Rutae,
 Pluribus ut donis surgat, & aucta bonis;
 Ut bene syluescat, sine ui junctisque uirescat
 Semper, & absque dolis floreat aureolis.

XIV. Man wird es mir, hoffe ich, nicht als eine Eitelkeit auslegen, wenn ich in diesen Strauß einige geringe Wiesenblumen binde, die ich, aus Patriotismus, bey der Gruft der verewigten Fürsten, und auf der Ilm-Wiese selbst abgebrochen habe,

a) Auf H. Joh. Ernsts Aschenkrug.

Esse salutati fero post funera Manes,
Exiguusque iacens, Inclyte Saxo, cinis!

Te content alii sublimi carmine uates,

Nuda mihi tantum scribere facta, sat est.

Haec *) animo redeant, cum sacram stamus
ad aram,

Marmor ubi gelidum Teque Tuosque tegit.

Haec repetam, quoties iuuat ire per humida
prata,

Et iuxta uitreas, quas agit Ilmus, aquas.

b) Auf

*) Um meine Empfindung lebhaft auszudrücken, wagte ich anfangs eine Copie, wo ich nicht irre, nach dem Bonafonius.

At tu, diue heros, cum sacram stamus ad aram,
Cara mihi, ah semper flebilis, umbra redi.

Umbra redi, quoties &c.

Einem gelehrten Freunde war dieser Ausdruck auffallend, weil man ihn in buchstäblichem Verstande annehmen konnte, ich änderte, und wählte das natürliche, allenfalls müßte ich mit dem Lotichius sagen;

Quid precor imprudens? non fas ita uelle, pi-
umque est,

Otia sint cineri, sit sopor usque tuo.

b) Auf die Worte des sterbenden Herzogs:

Ist es nicht immer Schade daß man den
schönen Baum abhauen soll.

Pulcra, quis haud doleat? cadis immaturius
arbor,

Quam culta es, nitidas despoliata comas.
Saepe tua uiridi ludebat Musa sub umbra,
Stabat religio, tegmine tuta tuo.

Tu patriae clypeus, tu libertatis auitae
Vindex, cum ferro res ageretur, eras.
Non omnis moreris, nulloque taceberis aevo,
Nec deerunt stirpi germina uerna tuae;
Quin e communi iam stipite plurimus exit
Surculus, & nunquam Ruta perire potest.

Auf die neben einander ruhenden Herzoge,
Johann Ernst und Friedrich.
Sint mixti cineres, una condantur in urna,
Quos fraterna fides iunxit, & unus amor.

No. 537. a

ULB Halle

3

004 963 717



Sb.

w.c.





2

Lateinische
Blumenlese,
als
ein Anhang
zum Leben
Johann Ernsts,
des
Jüngern,
Herzogs zu Sachsen Weimar,

aus
Wolfgang Heidern
und
einigen andern gleichzeitigen Dichtern
gesammelt.

Weimar, 1786.